

Johann Jacob Döbel

**Rector Universitatis Rostochiensis, Johannes Jacobus Döbelius, Med. D. Prof.
Publ. Poliater ... Funus, quod ... Coniugi desideratissimae, Margarethae Thurman/
Vir ... Dn. Joannes Eggers/ Civis ac Negotiator ... Hodie ... parabit, publicitus
indicit, atque, ad eundum exequias, Omnium Ordinum Cives Academicos invitat**

Rostochii: Kilius, 1674

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420295>

Druck Freier  Zugang



Dobelius, J.,
in M. Thurmann,
uxorem J. Eggerdes.

Rostoch. 1674.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420295/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420295/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420295/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420295/phys_0003)

DFG



91

RECTOR
VNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS,
JOHANNES JACO-
BUS DÖBELIUS,

Med. D. Prof. Publ. Poliater, & Facul-



atis suæ DECANVS,

FUNUS,

quod

*Elegimine à Virtute laudatissimæ, Con-
jugi desideratissimæ,*

MARGARETHÆ

Thürmans /

Vir integerrimus, Viduus mæstissimus,

DN. JOANNES Eggers /

Civis ac Negotiator apud nos Spectatissi-
mus, nec non Præfectus Cassæ veteris

fidelissimus,

Hodie, horâ primâ parabit,

publicitus indicit,

atque ad eundum exequias,

**Omnium Ordinum CIVES ACADEMI-
COS invitat.**

ROSTOCHII, Typis JOHANNIS KILII, Universitatis Typogr. Anno 1674.



Audio atque Lætitia hisce nobis diebus
omnia perstrepere. Tuit anre triduum
dignum studiis, duduniq; promeritum,
eruditio*n*is Brabeum, Specatissimus Vi-
rorum Consultissimorum chorus, qui
summos in jure honores consecutus, quanto potuit,
gaudio nos & jubilo adimplevit. Hesternus dies tanto
me reddidit lætiorem, quanto splendidiore Celebri,
morum virorum, Amicorum dulcissimorum, studioſo-
rumque florentissimorum corona, publice privatimq;
cinctum me atque ornatum conspexi. Lætè omnia
sunt peracta, &, quod primo erat loco ponendum,
DEOq; Pacis largitori benignissimo reponendum, pa-
catè. Verūm, sunt suæ Mundo sublunari vices, quas
non mortales tantùm experiuntur, verūm etiam, quæ
mortis effugisse sortem videri possent. Diem excipit
Nox; Serenitatem, pluvia; Æstatem, autumnus;
Quietem, labor; Voluptatem, dolor; Sanitatem morbi,
Lætitiam, luctus; Vitam denique Mors, ultima rerum:
nec quicquam stabile est ac æternum, nisi solus, qui
ab æterno fuit, DEUS. Cætera omnia nascuntur de-
nascuntur, oriuntur moriuntur: neque Fortunæ tan-
tum; sed omnium est conditio, ut maneat nullo cer-
tatenaxque loco. Hujus verò vicissitudinis in vitâ me-
moriā uti suis refricarent Ægyptiorum Sapientio-
res, mediis conviviis, quavis abundantia & lætitia
perfusis, Sceleton inferre solebant. Nos Funus hodiè
indi.

indicimus, & acerbum quidem funus, dum parturiens
in partu periit; quæ vitam alteri appositura speraba-
tur, vitam depositus; quæ natum ferebat, effertur de-
nata. EGGERIANA ea est, CIVES ACADEMICI,
dulcissima nuper, modò acerbè desiderata CON-
JUNX.

Quam Pietas, Probitas, & cura probabat honesti,

Hec nimium crudo raptæ Puerperio!

Manet suus Sexui, ceteroquin sequiori, honos & splen-
dor, Manent gratia & gloria: In hoc vero præ aliis est
comiseratione dignus, quod eâ maximè parte labo-
ret, ob quam maxime petitur. Ea dominium quasi in
Universum videtur corpus occupasse, tantum, ut in no-
men quoque transierit, neque inconcinnè à feminibus
feminam possis vocitare. Sed vero haud raram hoc
dominii atque Regiminis prætextu exercet Tyranni-
dem, quando ex eâ solâ Lernam sæpè derivamus Mor-
borum. Maximum circa partum incommodum, &
sanitatis aliquando vitæq; periculum occurrit: neque
abs re ille dixit, ubi rem æstimas, mulieres ante partum
onerosas, in partu dolorosas, post partum Laborio-
sas. Crudeles dicimus, atque ab humanitate alienas,
qui esu delectantur carnis humanæ. Quod si vero in-
nosmet ipsos descendamus; quotus quisque non dicen-
dus veniet Anthropophagus? Rodimus hominem &
voramus dentibus invidiæ & maledicentiæ, traducen-
do proximum, detrahendoq; Famæ ejus, honori, at-

que existimationi, quæ, ut sarta testa maneret, curæ nobis esse cordiq; debebat. De hâc voracitate per quam egregiè Ecclesiæ Doctor adversum eos, qui pisceum carnem ignorant, eâq; se, dum abstinentiam jactant à carne, haud leviter sâpe aut tenuiter replent: *Quantum, inquit, est à carnibus abstinuisse jumentorum, nisi à fratribus abstineas carne?* Sed Carnem quoque mordemus humanam, nosmet ipsos edendo, exedendo, consumendo, vitæq; terminum anticipando, dentibus intemperantiæ, curarum, molestiarum, sollicitudinum vanissimarum, quibus sponte plerumq; nostrâ maceramur. Huc pertinet, quod Augustinus alicubi: *Quid est, inquit, FACITE MISERICORDIAM?* Si intelligis, à Te incipe. *Quomodo enim misericors sis alteri; si crudelis sis tibi ipse.* Verum, non allegorico tantum; sed & proprio nomine Anthropophagi sumus, sive in lucem editi consideremur, sive in primo nostro domicilio, velut obscuro squalidoq; carcere, adhuc latitantes. Quid enim, totis decem mensibus inter Stercus & Urinam hærentes, non sanguine nutrimur matris, carnis materiâ, culinam, luci expositis, ad mammas transferentes? Sed sub ipso in Lucem ingressu, quâm miseris matres lacera mus, quot doloribus & molestiis afficimus? utq; vitam ipsi servemus, quam frequentes & violentas mortis facimus candidatas, quando ad partum quidem appropinquavit fructus, sed facultas deficit pariendi. Evidem sub calidiori climate, parvo sâpe in modo

nullo pene dolore ac labore novimus, ad enixionem fœtūs, Naturæ claustra referari: sed manet tamen ordinaria Supremi Legislatoris lex, ut cum dolore tedium mulier, quod cum voluptate admirerat, quod facilitate ingressum erat singulari, eā aliquando difficultate excutiat, ut sub excusione oculos etiam claudat excutienti. Experta hoc vel in Sacris est Patriarchæ conjunx, quæ vacua mortem graviditate leviorem estimabat, parturiens morte subibat, hac ratione præda facta mortis, quâ perperam sibi mortis persuaserat evasione. Sed nostra quoque beatè functa Eggeriana idem est experta, quæ trino antehac superato partu felix, sub quarto defecit, hoc uno Patriarchæ conjugi infelior, quod defectione suâ haud reficere potuerit speratam sobolem, morteve auram ipsi impetrare vitalem. In Natales ejus si inquiramus; natam, comperiemus heic Rostochii, Anno seculi hujus quadragesimo nono, die sexto decimo Septembris. Patrem salutavit Spectatissimum, Dnum. CASPARUM THURMANNUM, Senatorem Urbis, dum viveret meritissimum: Matrem, MARGARETHAM von Heckel/feminam, virtutis splendore ditissimam, acerbum hunc filiæ charissimæ obitum maternè deflentem. Avus Paternus dictus fuit Hans Thurmahn/ prope hinc distantis oppidi Kruseß incola: Avia Paterna, ANNA Saltw deln/ femina optata integritate & honestate. Avum Maternum nacta fuit JOANNEM von Heckel/

Civium & Negotiatorum Rostochiensium quondam,
haud postremum: Aviam Maternam, CHRISTINAM
Beckmans. Proavis Paternus, à parte Matris, fuit Spe-
ctatissimus atque Integerrimus JACOBUS von Heckens/
qui à Serenissimo Celsissimoq; Principe ac Domino Do-
mino PHILIPPO JULIO, Duce Pomeranæ, Coloniâ
Agrippinæ, ad Lanarum Negotiationem facilitandam
Fransburgum, quod in Pomerania est, Clementissime
vocatus, cum Conjuge Iuvavissima, Sara de Novellâ,
Brabantâ, hisce in oris sedem suam collocavit. Proa-
vus Maternus fuit CONRADUS Beckman / Civis &
Sericopola, dum viveret, egregius: Proavia Maternæ,
CATHERINA Gusebers / femina vitæ integritate sce-
lerisq; pura. Renata initiationis Sacramento, soler-
tiq; optimorum Parentum curâ educata, non tantum
pietatis fundamentis, Calligraphiæ item & Arithme-
ticæ Principiis imbuta, sed & modestiæ, & reliquarum
virginearum virtutum, ut &, dum ætas sineret, curæ
domesticæ exercitiis assuevit, ut piè, modestè, obse-
quiose & prudenter administrationem reruni dome-
sticarum, matri Videlæ, quæ Anno sexagesimo primo
maritum præmiserat, sublevaret. Anno Millesimo
sexcentesimo sexagesimo septimo factum est, ut è
Dei, Matri, agnatorum denique consilio, Viro, quem
in Frontispicio laudavimus, Dno. JOANNI Eggers / fi-
dem matrimonialem obligaret, quam & post solem-
nes, die vigesimo primo Augusti, publicitus celebratas

Nu-

Nuptias, sancto semper amore- decentique reveren-
tiā, inviolatam, ad vitæ novissima probavit. Castis-
simi quoque amoris pignora tria, Masculini quidem
duo Petrum & Casparum; Feminei verò sexus Unum,
Margaretham; bellulam prorsus blandulamq; peperit,
Unice superstiteantem tristissimam Materni funeralis Co-
mitem, quam ipsam, cum *mæfissimo* Parente viduo,
Divino præsidio ac amori commendamus. De cetero
id egit, ut Pietate, quantum per hominem licet, à Ter-
ræ luto aliena, Cœlum suum sectaretur, prudentiā
rem domesticam gereret, amore liberos soveret, atque
ita cum Marito ageret, ne cum ipso in gratiam rediret.
Die Mensis hujus decimo quinto spes affulgebat quar-
tæ prolis, quam tamen sinistra situatio adeò elusit ut
nullâ adscitorum Medentum Celeberrimorum, Dni D-
res JOANNIS BACKMEISTERI, & Dni SEBASTIA-
NI WURDIGII, Collegarum & amicorum junctissi-
morum operâ, valuerit recuperari. Quæ, cùm per
integrum triduum beata videret, mox, admoneri se
de novissimis, collegit. Hæc ergò, ne imparatam ob-
ruerent, Divino epulo, è Maximè Rev. Dni Henrici
Mulleri, S. S. Theolog. Doctoris & Professoris celebra-
tissimi, Superintendentis item Rever. hujus Ministerii
gravissimi, Collegæ & Compatriis nostri æstimatisimis
manuse refecit, sicque confirmatis spei fidei q; viribus,
immotâ constantiâ, ineffabiles fere dolores toleravit,
dum pias, pro liberatione, preces exaudiens DEUS, &
vit æ

& dolorum finem faceret, eamque, decimo octavo die
et hujus Mensis die, ad cœlestia evocaret. Agit nunc
ibi æternos lætitiae dies, ac perennantibus Nuptiis in-
eâ domo fruitur, ubi spes est res, ubi certa securitas, se-
cûra tranquillitas, tranquilla jucunditas, jucunda feli-
citas, felix æternitas, æterna Beatitudo, Beata Trinitas,
Trinitatis Unitas, Vnitaris Deitas, Dicitatis beata visio,
quæ est gaudium Domini DEI nostri. Corpus ve-
ro, dum hodiè, ejusdem felicitatis obtainendæ spe, tu-
mulandum est eretur, ut frequentes id Cives nostri de-
ducant, monemus: Honoratissima Familia, & in eâ,
Afflictissimus viduus, officiosè rogant.

Publicatum sub Sigillo Rectoris XXIII. Octobris
M. DC. LXXIV.

Conventus fiet in Æde Marianâ, Horâ prima
pomeridianâ.





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420295/phys_0013](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420295/phys_0013)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420295/phys_0014](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420295/phys_0014)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420295/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420295/phys_0015)

DFG




Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn777420295/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777420295/phys_0016)

DFG

Nuptias, sancto semper amoriā, inviolatam, ad vitā novissimi quoque amoris pignora duo Petrum & Casparum; Fe Margaretham; bellulam prorsus Unice superstitionem tristissimam item, quam ipsam, cum nō Divino præsidio ac amori comitid egit, ut Pietate, quantum præluto aliena, Cœlum suum rem domesticam gereret, amita cum Marito ageret, ne cur Die Mensis hujus decimo quintæ prolis, quam tamen sinistra nullâ adscitorum Medentum res JOANNIS BACKMEISTRI WURDIGHI, Collegarum morum operâ, valuerit recuperatum triduum beata vide denovissimis, collegit. Hæc ruerent, Divino epulo, è M. Mulleri, S. S. Theolog. Doctorissimi, Superintendentis item gravissimi, Collegæ & Companie manu se refecit, sicque confirmata immortā constantiā, ineffabiles dum pias, pro liberatione, pre-



the scale towards document

ique reverendavit. Castis. ulini quidem. oblexus Unum, amq; peperit, tni funeralis Co- Parente viduo, s. De cetero in licet, à Ter- ur, prudentiā soveret, atque atiam rediret, ulgebat quara- deò elusit ut horum, Dni D. SEBASTIA- rum junctissi- uæ, cùm per admoneri se nparatam ob-. Dni Henrici floris celebra- ius Ministerii æstimatisimi ideiq; viribus, res toleravit, iens DEUS, & vit æ